

SS. ALOYSIO & STANISLAO  
DEDICATUS,

à PP. Collegii Colon. Societ. JESU die 7. Septembris 1727.

*Inscriptio prefixa porta media:*

ALOYSIUM & STANISLAUM.

CLEM. XI. & BENEDICTI XIII. PP. MM. edito. Sanctorum.  
Fastis. Inscriptos.

Specta. & venerare. Sancta. Colonia.

Sanctæ. Romanæ. Ecclesiæ. fidelis. Filia.

Spectate. Cives. Hospites. boni. omnes.

Geminos. Abeles. Virgines. Martyres.

Hunc. Fraternali, illum. Paternali. furoris.

Josephos. Fratribus. sapientiores.

Samueles. Deo. Familiares.

Illætos. medio. in. Igne. Daniele.

Nazaræos. Candidos, & Rubicundos.

Filios. Principum.

Vita. Morte. Miraculis. acceptis. ab. Ecclesiâ. Honoribus.

Orbi. Sanctos. & Sacros.

Vitam. & Mortem. imitare. Miracula. obstupescere.

Gloriam. gratulare.



*Genius ad Ignatii Statuam.*

Aspice Pater geminos Filios è Cælo Triumphantes;

Augetur Sanctorum Societas.

*Genius ad Xaverii Statuam.*

Vide Xaveri Fratres Te dignos nec degeneres, & plaude.

*Princi-*

*Princeps inscriptio infra apicem Summa Ara collocata in ipsa Ecclesia:*

D. O. M.

Quod. ALOYSIUM. ET STANISLAUM,  
Geminum. Sidus.

Diu. Cœlis. notum.

Terris. Sacrum. & Salutare. ostenderit.

Anno. MDCCXIV. & MDCCXXVI.

Observantibus. summis. Cœli. Interpretibus.

CLEMENTE XI. & BENEDICTO XIII. PP. MM.

Eucharistica. Sacra. & Ludos. dierum, VIII.

Facit minima. Societas. JESU.

*Trium Scenarum in Summa Ara exstructarum hac unica Epigraphæ eræ.*

SS. ALOYSIO ET STANISLAO

JESU. Infantis. & Eucharistici. Mariæ. Angell. Barbaræ.

Convivis. Collusoribus. Familiaribus. Sociis. Alumnis.

Nunc indigetibus.

*Genii intercolumniis Ara Maxima inserti has Laudes SS. Chronicis notis expressas gestabant pronis à manu tabellis.*

*E Latere dextro.*

1. ALOYSIVS NOVENNIS EDITO Castitatis Voto Mariæ LibertVS \*
2. ANGELICI pVDoris & VIRGINITatis æMVLVS. \*
3. AVITæ hæreDITatis VIRGIne Iubente ConteMptor herolCVs. \*
4. ABstInentIæ reLIgIosæ & Vitæ DVrIorIs speCVLVM. \*
5. NVLLIs DIstraCtIonIbVs MentIs In oratione tVrbatVs. \*
6. VIVa CharItatis VICtIma serVIenDo peste oppressIs. \*

*In Latere lato.*

1. STANISLAVS FLôs & DeCVs IVVenVM. \*
2. pAVLI fratris sVI pro Christo triste LVDIbrIVM. \*
3. PRæLVstre NOVItlorVM DeCVs & regVLa. \*
4. CanIsII gerManIæ sVæ theoLogI DeVotVs FILIVs. \*
5. ægrotVs DIVorVM Clbo per sVperos refeCtus. \*
6. DIVInI æMorIs Igne sâpIvS VIsVs ContabesCere. \*

Qua-



*Quaterna Symbola precipuas dotes SS. exhibentia, Quaternis depicta prægrandibus Scutis  
visebantur fluentibus hinc inde minoribus Tabulis, in quibus & Lemma, & Virtus  
per tropum exhibitæ legebatur.*

*Hæc 4. ALOYSIO quadrabant.*

1. Pepo aureo colore flavens fimeto impositus.  
Lemma: *Quod fugit, in aurum vertit.*  
Puritas Sancti ALOYSII in medio deliciarum.
2. Pomum grandius amputatis superfluis ramis.  
Lemma: *Lætius abjecto luxu.*  
Gaudium in abdicando Marchionatu.
3. Pomum granatum semiapertum.  
*Opes interiore sinu condit.*  
Sanctitas interior S. ALOYSII.
4. Arbor cum Piperis siliquis rubentibus.  
Lem. *Urendo medetur.*  
Mortificatio jugis.

*EVitâ STANISLAI hæc delibata sunt.*

1. Pomum butyraceum quovis attactu putrescens.  
*Si tangas, morietur.*  
Summa verecundia S. STANISLAI deliquium patientis auditâ  
Voce minus castâ.
2. Pomum pelle pilosâ: *Suavius hirsuto sub vellere.*  
Læticia in abjectione sui.
3. Pomum citrino aurantium *Nescit natura, sed ars docuit.*  
Victoria sui heroica.
4. Nuces, & Cerasa immatura aromatibus condita.  
Lem. *Ante diem dulcescunt.*  
Item Uva sub vitrea umbella à sole calefacta.  
Lem. *Ante diem maturat.*  
Perfectissima Sanctitas in Juventute.

*Symbola miscbantur septenis tabulis, quibus utriusque Sancti Vita compendio describatur, additis septenis personis ex latere dextro & sinistro Chori & Navis Templi, qua præcipua Historia utriusque lumina & ornamenta fuere. Prima Statua Patris ALOYSII habitu Hispanico. In Stylobata legere erat.*

Ferdinandus Gonzaga Marchio Castellionis Stiverorum  
Pater S. ALOYSII.

TABULA I.

Nec è Mantuæ Ducum Sanguine,  
Nec ex Illustri Tanorum & Roboreorum Gente,  
Tantus extitisset ALOYSIUS,  
Quantus accersita voto Lâuretana Diva.  
Hujus Auspicio primam lucem aspexit.  
Anno M. D. LXVIII. v. Id. Mart.  
Hujus jussu alteram vitam in Religione orsus est.  
Infantiam solvit  
SS. Vocum JESU & MARIÆ prolatio.  
Pudicitiam eisdem novennis dedicavit.  
Quid miraris, si reliqua vita militavit Deiparæ  
Quo enim quis fidere natus est, eo vivit.

*Secunda Statua referebat S. CAROL. Borromæ.*

S. Carolus Borrom. Card. & Archi-Episcopus Mediola.

TABULA II.

Lustrabat Borromæus Castellionenses oviculas Pastor bonus.  
Cum adeuntis ad se ALOYSII Sanctimoniam odoratus.  
An Cœlesti inquit Cibo pasceris Agnellule?  
Candidè neganti ostendit, suavit, & porrexit.  
Divinum ferculum Rex ipse convivii & epulo.  
Crevit hinc fames, ut obsonaret triduo.  
Triduo ruminaret Eucharistiam.  
Cibi corporei pæne sensum amitteret.  
Et anima habitare in Deo suo, non in corpore videretur.

3. Sta-



3. *Statua Gonzage Episcopi Mantuani.*

Franciscus Gonzaga Episcop. Mantuanus Generalis  
Ord. FF. Min. de Observant.

Ferream & inexorabilem Patrem.

Quoties de manumissione impetranda agebatur.

Reperit ALOYSIUS.

Frustra preces lacrymæ Vota Supplicationes adhibitæ.  
Consilium rejicitur in aliam fortunam, genus, vires, ætatem.

Demum arbiter eligitur.

FRANCISCUS GONZAGA Virtute Autoritate Sanguine  
Summus.

Stetit hic ab ALOYSIO contra Parentem.

At hic vinci noluit, nisi viso Sanguine Filii.

Tanti emit pœnitere ALOYSIUS.

4. *Imago Rodulfus Imperator &c.*

Rodulfus Augustus Cæsar Austriacus Affinis  
Mantuanorum.

Hæreditatem Amplissimam.

Inutile pondus meditatur abjicere ALOYSIUS.

Ipsa hæreditas nullum Dominum vult nisi ALOYSIUM.

Quem dignissimum Imperio Virtus, & Sapia fecit.

Impietatem ajunt abjicere fasces eum.

Quem natura formavit populis regundis.

Opportuna adfuit Eleonora Austriaca Agnata.

Quæ Sanctitate juvenis mota Oratrix accessit

Ad Rodulfum Imp. Augustum Nepotem.

Obtinuitque, ut liceret pauperi esse Marchioni.

Beneficium aliud aut majus nec dare potuit Cæsar.

Nec accipere voluit ALOYSIUS.

Ut usus auri optimus si profundas.

Sic Nobilitatis, si eam Evangelio subicias.

Robertus S. R. E. Cardin. Bellar. Archi-Episcopus  
Capuanus S. J.

Auritus hic & oculus testis est.

Innocentiâ & Scientiâ eminentior quàm Purpurâ.

Judex idem apud quem omnem vitam accusavit moriens ALOYS.

Et absolutus, quia nil nisi venia dignum attulit,

Audiatur igitur is.

Qui nunquam in vita.

Mendacium dixit.

- „ S. ALOYSIUS nunquam grave peccatum admisit,
- „ à septennio Sanctissimam Vitam instituit.
- „ Immunis ab omni stimulo carnis.
- „ Cum Deum orabat nunquam ferè mente aliò distractus fuit.
- „ Obedientiæ, Humilitatis, Mortificationis.
- „ Abstinentiæ, Prudentiæ, Pietatis, Puritatis, Speculum,
- „ Hæc agebat Bellarm. MDCL. xvi. Kalend. Novemb.

Sta Statua.

Angelus Charitate erga proximum accendens  
S. ALOYSIUM.

Quæcunque mortis Aloysianæ causa fuit

Aut amor fuit, aut ex amore fuit.

Nocte solida paradysum contemplatus

Paucis momentis eam æstimavit.

Utî nunc mille annos sicut diem hesternam accipit.

Proxima mortis occasio pestis fuit.

Cum enim, quod exoraverat,

Peste infectos versat, fert, deosculatur, lavat, cibatur.

Christo servire videbatur,

à quo ingens præmium Charitatis accepit.

Mortem.



S. Maria Magdalena de Pazzis Carmelitana Spectatrix  
Gloriæ Aloysianæ.

Quid vides Magdalena?

- „ Video sublimi è Throno inter Cœlites conspicuum.  
 „ Ignatii Filium Aloysium,  
 „ Video nec oculis crederem, nisi JESUS Author esset.  
 „ Cur ego te Sanctissime Juvenis!  
 „ Orbi ostendere nequeo?  
 „ Martyrem eundemque sibi Tyrannum & Carnificem.  
 „ Dum viveret totus erat in Deo suo.  
 „ Contemplando & amplexando  
 „ Nudabat & præbebat Cor suum jaculo formoso.  
 „ Nam Deus sagittarius erat.  
 „ Ecce orat Deum pro salutis suæ Curatoribus.  
 „ Fiam & ego ALOYSIA & addam Cœlo animas.

*Ex adverso 7. Tabula epitomen Historia Stanislaiana complectuntur : ex sinistra  
 Latere Chori & Navis Templi.*

TABULA I.

Joannes Kostka Castellanus Zackrocinensis Pater  
Sancti Stanislai.

Filium expectabat Illustris Poloniæ Senator.  
 Et ecce nomen JESU præfert maternus Uterus.  
 Cavit Cœlum.

Ne alius Partum sibi vendicaret.

Hoc omine nascitur STANISLAUS MDL.

Anima adè JESU suo plena.

Ut sensus desereret, si aliena voce percellerentur.  
 Juvenis implevit Sacramentum, quod Infans dixit.  
 Et nomen apud Aquavivam inter Socios JESU professus est.  
 Antiquo enim Jure.  
 Qui Matre serva natus est, Servus est.

STATUA

Statua 2da.

Paulus Kostka Frater Sancti Stanislai.

Bene ceciderunt, ô Paule verbera.

Quibus Innocentem & Fratrem accepisti.

Peccato tuo salutem assecutus es.

STANISLAUS enim è Cœlo ulturus injurias

Sanctissimam mortem tibi impetravit.

Quod sibi puero patientiæ palæstram domi aperueris.

Et ad salutarem fugam induxeris.

Non enim tum sciebat pedibus quærendam esse salutem

Novus Miles.

Statua 3tia.

Petrus Canisius è S. J. Theologus, Provinciæ  
Germaniæ Præpositus.

Ad Canisium divertit

Nobilis Hospes à Patre à Fratribus male tutus.

Alium etiam orbem aditurus

Si propinquior ibi spes adeundæ Soc. J. affulgeat.

Continuò Heroum more periclitatur Virtutem Pueri Canisius.

Jubet mensis famulari, non accumbere.

Lectos sternere, domum everrere.

Et habet imperiis omnibus obsequentem quin arridentem.

Alia videntur quæ STANISLAUS, alia quæ servi præstant.

Adeò scit ornare & illustriorem reddere

Spartam suam novus vernula.

Desine periculum facere Canisi!

Quâ ætate alii virtutis faciem nôsse discunt.

Docet eandem STANISLAUS

Princeps Juventutis.

ata Ima-



4ta Imago.

Sanctus Franciscus Borgia Præpositus General. S. J.

Borgias Stanislaum, Illustris Illustrem

Dux Palatinum, Pauper Pauperem,

Sanctus Sanctum

In Collegium Sociorum Jesu admittit MDLXVI.

v. Kal. Nov.

Vidit Roma, infrenduit Polonia.

Cælum applausit.

Pater cum nil superesset minas & promissa absenti filio mittit.

Hæc ridet, illas deslet invictus heros.

Cœce Parens ! quî opulentissimum & nobilissimum Koskam fuisse

Orbis sciret,

Nisi Nobilitatem & opes calcâisset tuus Stanislaus.

5ta Statua.

Angelus Viæ Comes & Dux Sancti Stanislai.

Cum à suis, nempè ab hominibus deseritur Stanislaus

Angelos nactus est comites itineris passuum XII. Cent. Mill.

Jam assequeretur fugientem furiosus Frater,

Nî è manibus & oculis eripuisset Fratrem Angelus.

Anhelabat ad cibum deficiens viribus in via:

Attulit angelicum Angelus, virgineum Virgo,

Languebat æger lectulo affixus.

Adest cum Filio Regina Angelorum.

Et ludos exhibuit.

Quid igitur damni fecisti STANISLAE?

Imo quam immensum lucrum.

Qui cœlesti convivio mortalis affedisti.

Et Ludos Divinos spectâsti impune.

6ta Statua.

Franc. Commendonus Sedis Apostolicæ Legatus

S. R. E. Cardinalis.

Quem Viennæ Patronum

Apetiendæ sibi Societatis Jesu supplex imploraverat Koska.

Hunc admiratorem habuit,

\*\*

Novi-

Novitius ob Koskiacæ gentis nomen  
Sed Evangelicus Tyro novo Stratagemate,  
Dignum Principe Ecclesiastico parat spectaculum,  
Et vili lacernula statuit excipere Cardinalem.  
Nesciebat enim pretiosorem, quam paupertatis habitum.  
Cessit tamen obedientiæ Religiosissimus Juvenis.  
Duplicem Coronam meritis,  
Quod fastum domûs, & se ipsum novus Plato calcâsset.

7ma Statua.

Polonia S. STANISLAUM Regni Patronum optans.  
Accersitus à Matre ad Cœlos abeunte STANISLAUS.

Vocem novit, & novo obsequii genere.

Comitari voluit Dominam morientem,

Terris ereptus fuit decem mensum Religiosus MDLXVIII.

Nec has respexit nisi pietatis causa.

Cum enim pestis frequens & Tarcus peste scivior  
Patriam vastarent.

Patronus è Cœlo suorum STANISLAUS,

Utrumque monstrum pepulit.

Dignus quem plenis comitiis.

Rex & Senatus Regni Polonici nuncuparent

Patriæ Patrem & Servatorem alterum.

*Inscriptio interiori medio Arcui extrema Ecclesia Navis affixa. Parallelismus  
Vita utriusque.*

Cur die uno ALOYSIUS ET STANISLAUS SS. Cultu  
publico affecti?

Nempe

Quia eodem Anno nati, hic Cœlo, ille Terræ:

Ambo Illustres Sanguine eoque spreto Illustriores:

Ambo visa impudicitæ umbra exanimabantur:

Ambo Angelis, uti similes, sic familiares:

Ambo à B. V. jussi sunt ad Societatem Jesu accedere:

Ambo juvenes at summa consummatâque Virtute:

Ambo Innocentiâ illæsa mortui:

Quin igitur Gloria una sit, quorum similis ac  
pane una vita fuit?

*Inscri-*



*Inscriptiones supra Portam Gymnasia gemina.*

Habent & Musæ nostræ suam Palladem.  
Qua auspice Telemachus & Eurybates,  
Cypro spretâ Heroum Vitam sectantur.  
Ille Heben Virginitate immortalem fecit,  
& Palladem præ Venere & Junone  
Dixit pulcherrimam.

Hic Poloniam Herculis ritu,  
Liberavit monstris. Spoliis auxit.

A morte Cœlis asserti Castor & Pollux nuncupati.

*Alteræ Inscriptio.*

Divis ALOYSIO & STANISLAO.  
Deiparæ ope de Carne & Sanguine Triumphantibus.  
Ludos Autumnales  
Carminè, Modis Muscis, Choreis  
Gymnasia Tricoronati Alumni.

D. D.

MDCCLXXVII. Die            Septembris.



*Miracula 7tem Gloria B. ALOYSII depicta & è Columnis Navim Templi fulciantibus suspensa. STANISLAI sex sunt, quia una ex Columnis Cathedralis Sacram sustentat.*

*1um* apparet Matri suæ Marchionissæ Castellionis, eamque morbo liberat.

SANCTUS ALOYSIUS A MATRE INVOCATUS, SE EI CONSPICUUM PRÆBET, MORBUMQUE AUFERT.

*2dum* Angelam Catharinam Carlini Monacham Carmelitanam Cancro liberat sub mammilla.

PUDORI VIRGINEO CONSULENS CANCRUM SUB MAMMILLA SANAT.

*3tium* Joannem Justinianum Nobilem Genuensem Convictorem Rom. S. J. liberat interiori putredine viscerum:

CORPUS RETENTA PER UNDECIM DIES URINA MOMENTO PURGAT ET SANAT.

*4tum* Camillam Ferrari Castellionensem Phthysicam morti vicinam allatâ Statuâ & voto factò subirdò liberat:

PHTHISI JAM MORITURAM LIBERAT.

5tum

